UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

[1 Vtrum sit aliqua lex æterna.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

obligantur ad legem obſeruandam, inquantum in eorum notitiam deuenit per alios, uel deuenire poteſt promulgatione facta.

Ad tertium Dicẽdum, quòd promulgatio præſens in futurum extenditur per firmitatem Scripturæ, quæ quodammodo ſemper eam promulgat. unde* Iſidorus dicit in 2. Etymologiarum, quod lex a legendo uocata eſt, quia ſcripta eſt.

C.10. parum a princ.

¶ Super quæſtionis nonageſimæprimę articulum primum.

IN; articulo primo quæſ. nonageſimæ primæ nihil aliud notandum occurrit, niſi quod ipſa prouidentia Dei, quæ eſt ratio gubernationis rerũ, pro quanto eſt menſura, & regula obligatiua rerum oĩum in ſuos actus, & fines ad finem ultimum, legis rõnem induit, q̃uis legi ſubiecta non eodem mõ ab illa regulentur, & obligentur: dum alia rationabiliter, ut intellectum habentia: alia naturaliter, ut intellectu carẽtia ſubdantur.

Qvaestio XCI.

De legum diuerſitate, in ſex articulos diuiſa.

DEinde conſiderandum eſt de diuerſitate legum. Et circa hoc quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum ſit aliqua lex æterna.

¶ Secundò, Vtrum ſit aliqua lex naturalis.

¶ Tertiò, vtrum ſit aliqua lex humana.

¶ Quartò, Vtrum ſit aliqua lex diuina.

¶ Quintò, Vtrum ſit una tantum uel plures.

¶ Sextò, Vtrum ſit aliqua lex peccati.

Articvlvs primvs.

Vtrum ſit aliqua lex æterna.

inf. q. 93. ar. 1. pertotum. & ar. 3. & 4. c. a. 5. ad 3. & 4. d. 32. q. 1. ar. 1. & 3. cõtra c. 115. & Ro. 8. fi.

AD primvm ſic proceditur. Videtur, quod non ſit aliqua lex ęterna. Omnis enim lex aliquibus imponitur: ſed non fuit ab æterno, cui aliqua lex poſſet imponi, ſolus enim Deus fuit ab æterno. ergo nulla lex eſt ęterna.

¶ 2 Prętę. Promulgatio eſt de ratione legis; ſed promulgatio non potuit eſſe ab ęterno, quia non erat ab æterno, cui promulgaretur. ergo nulla lex poteſt eſſe æterna.

¶ 3 Præt. Lex importat ordinem ad finem, ſed nihil eſt æternum quod ordinetur ad finem, ſolus enim ultimus finis eſt æternus. ergo nulla lex eſt æterna.

Ca. 6. parum a princ.

Sed contra eſt, quod* Auguſt. dicit in 1. de lib. arb. Lex, quę ſumma ratio nominatur, non poteſt cuipiam intelligenti non incommutabilis, æternaque uideri.

quæſt. præc.

Respon. Dicendum, quod ſicut* ſupra dictũ eſt, nihil eſt aliud lex, quam dictamen practicæ rõnis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. Manifeſtum eſt autem, ſuppoſito qđ mundus diuina prouidẽtia regaẽ, ut in 1.* habitum eſt, quod tota cõitas. Vniuerſi gubernatur rõne diuina: & ideo ipſa rõ gubernationſi rerum in Deo, ſicut in principe uniuerſitatis exiſtens, legis habet rõnem. Et quia diuina rõ nihil concipit ex tempore, ſed habet æternum conceptum, ut dr̃ Prouer. 8. inde eſt, quod huiuſmodi legem oportet dicere æternã.

p. p. q. 22. ar. 1. & 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ea quæ in ſeipſis non ſunt, apud Deum exiſtunt, inquantum ſunt ab ipſo cognita & præordinata, ſm illud Roma. 4. Qui uocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. ſic igitur æternus diuinę legis conceptus habet rationem legis æternæ, ſecundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipſo præcognitarum.

F Ad secvndvm dicendum, quòd promulgatio & uerbo, & ſcripto, & utroque modo lex æterna habet promulgationem ex parte Dei promulgãtis: & Verbum diuinum eſt æternum, & Scriptura uitę eſt æterna; ſed ex parte creaturæ audientis, aut inſpicientis non poteſt eſſe promulgatio æterna.

Ad tertivm dicendum, quod lex importat ordinem ad finem actiue, inquantum, ſcilicet per eam ordinantur aliqua in finem: non autem paſſiue id eſt, ipſa lex ordinetur ad finem, niſi per accidens in gubernante, cuius finis eſt extra ipſum, ad quem etiam neceſſe eſt ut lex eius ordinetur: ſed finis diuinę gubernationis eſt ipſe Deus, nec eius lex eſt aliud ab ipſo. unde lex æterna non ordinatur in alium finem.

Articvlvs II.

G *Vtrum ſit in nobis aliqua lex naturalis.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd non ſit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficienter enim homo gubernatur per legem æternam. Dicit enim * Aug. in 1. de lib. arbi. quòd lex æterna eſt, qua iuſtum eſt ut oĩa ſint ordinatiſſima: ſed natura nõ abũdat in ſuperfluis, ſicut nec deficit in neceſſariis. ergo nõ eſt homini aliqua lex naturalis.

¶ 2 Præt. Per legem ordinatur ho-

H mo in ſuis actibus ad finem, ut † ſupra habitum eſt: ſed ordinatio humanorum actuum ad finem non eſt per naturã, ſicut accidit ĩ creaturis irrationabilibus, quæ ſolo appetitu naturali agunt propter finem: ſed agit homo propter finem per rationem, & uoluntatem. ergo nõ eſt aliqua lex homini naturalis.

¶ 3 Præt. Quanto aliquis eſt liberior, tanto minus eſt ſub lege: ſed homo eſt liberior oĩbus alijs aĩalibus ꝓpter lib. arbr. qđ prę alijs ani-

I malibus habet. cũ igitur alia animalia non ſubdãtur legi naturali, nec homo alicui legi naturali ſubdet̃.

Sed contra eſt, quod Rom. 2. ſuper illud, Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, q̃ legis ſunt, faciunt. dicit * glo. quòd ſi non habent legem ſcriptam, habent tamen legem naturalem, qua quilibet intelligit, & ſibi conſcius eſt quid ſit bonũ, & quid malum.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut* ſu-

K pra dictũ eſt, lex cũ ſit regula & mẽſura, dupliciter põt eſſe in aliquo. uno modo, ſicut in regulãte & mẽſurante: alio modo, ſicut in regulato & menſurato: quia inquantum participat aliqđ de regula, uel mẽſura, ſic regulatur, uel menſuratur. Vnde cum omnia quæ diuinæ prouidentiæ ſubduntur, a lege æterna regulentur & menſurentur, ut ex * dictis patet, manifeſtum eſt, ꝙ oĩa participant aliqualiter legẽ æternam, inquantũ. ſ. ex impreſſione eius habẽt inclinationes in ꝓprios actus, & fines. Inter cętera aũt rõnalis creatura excellentiori quodam modo diuinę prouidentię ſubiacet, inquantum & ipſa fit prouidentiæ par-

¶ Super Quæ... 91. Artic. 1. 2. ...

IN artic. 1. 2. ... eiuſdem q. ... quòd homo ... gibus eget ad ... ctitudinem ... ſecluſa rectitu... quiſita proce... tria. nam eget ... æterna, natur... humana: qu... aliud ſunt, q... tio diuinæ gu... tionis in Deo ... cipia practica ... liter, per ſe... concluſiones ... per diſcurſum ... nis adinuent... ſi coniunga... homo ſuper... ordinatus a... ſupernatura... ptura, ciu... patriæ, ... erit, ꝙ opo... quartam ... re, ſcilicet ... ut in 4. artic... quæ ſm diue... ſtatus homi... dine illo ſup... rali diſtincta... terem, & no...

¶ In reſpon... ſecundum te... eiuſdem quæ... differẽtiam ... naturales, & ... les, quòd illa... rant noſtrum... ctum, ut po... eius: moral... menſurantur ... tellectu noſ... quocunque, ... turali inclina... quia effectus ... tionis natura... primi princip... ralium, quæ ... nobis.